

cio super platonem, inde fortassis, quod *Macrobius* primis illico verbis *Platonem* memoret. Lectio cum hujus, tum *Ciceronis* fati sincera est. Utrique Notulas tam inter lineas, quam ad marginem adspersit coeva manus; multo tamen copiosius *Macrobio*. Incipit hic: *Inter platonis et ciceronis libros, quos de republica uterque constituit &c.* Atque malim hoc pro: *utrumque constituisse constat*, quod habent Editt. *Gronoviana Lugd. Bat. 1670.* et *Lond. 1694.* Similiter paullo post, ubi Edita: *Sed quod vel illi commento tui — opus fuerit &c.* praeferenda Nostri lectio: *Sed quid &c.* Ceterum caute discriminandae sunt Notulae adventitiae ab iis, quae plurimum *Codd.* fide ad ipsum Textum pertinere queunt. Ita mox sub principium *τὸ ἀπὸ* quodam vitæ reddito superscriptum est: *seu here* scilicet *Ere*, quem Autor eod. Cap. *Platonicum* vocat. Mox iis verbis: *a tulliano Scipione ingesta* superjacet *per quietem*, quod utique *Codices mss.* et Edita recipiunt. Hinc liquida fit etiam labes illa, quae per ignorantes Librarios saepius in *Codices* fluxit, dum Notas textui adjectas ipsi temere insererent, ut hic statim ab ingressu accidit; legitur enim: *operis similitudinem servavit intentio uel imitatio* vovulis *intentio uel* manifeste in lineam Textus delapsis. Abrumpitur Opus in his L. II. C. 16. verbis: *non posse animam se movere, ne eadem et moveatur — —*.

Ad compingendum Codicem primum adsumtum est folium, in quo scriptae sunt Literae dimissionis F. *Nicolai Spatz de Rottenburg* e familia *Canonicorum Reg. Coenobii Hegenensis Dioec. Wormat.* Priore *Henrico*, Anno 1455. in die *Cathedrae S. Petri*, altera dein lacinia complexa *Virgilii Eclogam X.* a v. *Mænalus et gelidi &c.* usque ad v. *Pierides vos haec facietis &c.* tertia denique repraesentans finem *Scenae* ult. *Hecyrae Terentianae* a verbis: *atque ingenium obtines, ut unus hominum homo &c.*

CCLXXV. VI 7. 11.

Codex membraneus lat. Sec. 817. IX. Folior. 190. 8. formae paene quadrae, nitidissime exaratus, titulis uncialibus miniatis, integerimus et optimae notae inscribitur: *In Nomine Domini Incipit Liber. Prognosticorum. Futuri Saeculi. Dalio (Idalio). Barchinonensis. Sedis Episcopo. Julianus Toletanae Sedis Episcopus.* Cum *Cod. CCCXLV.* aliud Sec. XII. Exemplar recenseamus, dabimus hujus quoque exactam descriptionem. Itaque p. 2. incipit Prologus: *Diem illum clara redemptoris omnium exceptione conspicuum &c.* Fol. 9. p. 2. Oratio sequitur: *Desertum idumaeae. caecus et morbidus possessor &c.* Fol. 12. Incipiunt *Capitula Libri Primi De Origine Mortis Humanae.* Quae sunt numero XXII. Fol. 15. Incipit *Liber. I. De Origine Mortis*

Mortis Humanae. Fol. 54. *Explicit Liber. I. Incipiunt Capitula Libri. Secundi. De Animabus Defunctorum. Quomodo Habeantur Ante Ultimam Corporum Resurrectionem.* Quae sunt numero XXXVII. Fol. 58. p. 2. *Explicit Capitula. Incipit Liber Secundus. De Animabus Defunctorum. Quo (mo) do Se Habeant Ante Ultimam Corporum Resurrectionem.* Fol. 113. p. 2. *Explicit Liber Secundus. Incipiunt Capitula. Libri. III. Quae sunt numero LXII. Fol. 118. p. 2. Explicit Capitula. Incipit Liber Tertius De Ultima Corporum Resurrectione. Ad calcem: Explicit Liber. III. Prognosticorum. Juliani Episcopi.* Haec omnia literis quadratis miniatis, quemadmodum et omnes Inscriptiones Capitulorum. Et hoc quidem de Titulis. Initia porro Librorum sunt: I. *Peccato primi hominis actum esse &c.* II. *Vnus est terrenus paradysus &c.* III. *Judicii tempus uel diem incognitum &c.* Finis totius Operis: *ad regnum. cuius nullus est finis.* Atque utinam a lima tantum commendari posset istud Exemplar, quantum a manu. Excell. *Franciscus de Lorenzana Juliani hodie in Toletana Sede Successor in Praef. ad T. I. Operum PP. Toletanorum*

Codex:

- C. I. *per subpletum.*
 II. *Mors in omnibus.*
immortalitatis aeternitas.
inobedientes mors amplecteret.

Matriti 1782. f. editum ita de Opere judicat: Nihil aliud est quam eruditissimi Theologi dissertatio numeris omnibus absoluta super statu futuro animarum, extremoque iudicio: in qua summam quidem, sed luculente sciteque omnia, quae de ea re disputari possunt, separatis quaestionibus, excutiuntur, adhibitis ad singula dubia SS. PP. antiquiorum super illa re sententiis. Quod si in ceteris Theologicis tractatibus similiter perfecisset, nihil erat, quare aliam Theologiae summam desideraremus: ita omnia sunt nostro iudicio ordinate digesta, curiose quaesita, ac dilucide explicata. Praevenisset certe Petri Lombardi aliorumque similium laborem &c. Hactenus doctissimus Praeful, cujus Prognosticon editionem T. II. eod. anno prolatam volupe fuisset cum nostro Codice contendere, si, ut T. I. ad manum fuisset. Itaque recurrendum fuit ad principem Job. Cochlaei editionem Lipsf. 1536. qua etiam Cod. CCCXLV. usus sum, quacum instituta collatione deprehendi, quod ante monui, Membranas nostras mendis non carere; esse tamen in iis etiam, quod tollere velles. Id, quod e III. primorum Capitum comparatione patebit:

Editio Lipsf.

- per peccatum mors.*
Mors in hominibus.
immortalitas et aeternitas.
inobedientem mors pleteret.

999

C O D I C E S

1000

Codex:

*primos peccatores ita.**ea poena teneret.**ipsi fuerant nascitur.**illius naturarum damnatio.*III. *ita a naturae.**immortalis fuerit.**peccatum disci potuisset.**iusta esse poena quae peccati merito suae praevaricationi successit.*

Atque hic Lectoris erit optare.

CCLXXVI. VII 8.25.

343

Codex membraneus lat. Sec. saltem XI. Folior. 90. f. luculente scriptus et rubricis distinctus continet *Libros III. de Vita Contemplativa*, qui jam Sec. IX. et deinceps *Prosperi Aquitani* Scriptoris Sec. V. ferebantur, sed a *Sirmondo* et *Tillemontio* adferri sunt *Juliano Pomerio Afro* ejusd. Sec. sed serius in *Gallia* primum *Rhetori*, tum *Presbytero* et *Abbati*, cui etiam jam ab *Isidoro c. 12. de Script. Eccl.* tribuebantur, *Gennadio*, dum c. 84. *Prosperi* Scripta enumerat, de iis filente. Ad *Prosperum Parisiis* editum 1711. f. ubi primo loco in *Adpend.* collocantur. In *Cod.* porro nostro hunc titulum praeferunt: *In Dei Nomine Summi Opificis. Incipit Praefatio Libri Prosperi.* Initium: *Diu multumque renisus sum uoluntati tuae. mi domine studiosissime pontificum Julianae &c. Julianum hunc Fabric.*

Editio Lipf.

*primos homines peccatores videmus ita.**eadem poena teneretur.**ipsi fuerant nasceretur.**illius reatus naturam damnatio.**ea naturae.**immortalis fieret.**peccatum dici potest.**iustam esse poenam quae peccanti merito suae praevaricationis accessit.*

Bibl. med. Lat. L. IX. p. 197. nescio quo nixus, *Episcopum Arelatens.* facit, quem *Carpen-toracensem* malim. Praefationi post ea verba: *Sed iam ipsa capitula quae utcumque soluenda proposuistis adtexam*, re ipsa *Capitulum* elenchus insertus est, rectius sane, quam in edit. *Prosperi Lugdun. 1672. f.* ubi post Praef. rejicitur. Absoluto elencho pergit Praefatio: *Itaque iubes ut paucis edisseram quae sit uitae contemplatiuae proprietatis &c.* Liber I. lit. uncialib. praefert: *Incipit Liber Primus De Uita Contemplatiua. Quod Ea Sit Uitae Contemplatiuae Proprietatis Ubi Deus Mundo Corde Uidebitur.* Initium: *Contemplatiua uita in qua Creatorem suum &c.* Mox a principio deperiisse videntur membranae duae, quae inserto chartae folio accurate subpletae sunt manu Sec. XV. Librum II. praecedunt Capitula ita, ut subsequa Praefatio Capitulum I. censeatur. Liber hic inscribitur: *De Actuali Vita.* Idem ordo observatus in Libro III.